teba. nec habentibz aucto
ritatem cum ablata esset ab
eis. **Ideo** infructuosa erat
eius penitentia. vt dictū est.
licet restituōdem faceret fū
euangelistas. **Et** projectis
argenteis in templo abiens
laqueo se suspēdit. **Et** rupto
laqueo cadens crepuit me
dius. **Et** diffusa sunt omnia

Viscera eius. **A**ct. ij. qz infelix
aia nō erat digna transfire p
os quod Iesum sicut oscu
latū. **E**t magis offendit Ju
das dominū fīm Hiero. sup
psal. cviij. desperādō qz ipm
tradendo. **E**t ista morte sin
gulariter interiūt. vt fieret so
cius demonū. qz in aere tor
qntur. **I**tem vt hoc scelus
Iude celo z terre ostendere
tur. **D**uricia iudeoz qz n^e
pcij restitutio. nec pprj ope
ratio suspendij emolliuit. vt
crederent iustū z innocentē
fore xpim. **P**rincipes aut sa
cerdotū acceptis argenteis
dixerūt. Non licet eos mitte
re in corbonan. qz pcii san
guinis est. Corbona erat ar
cha in qua oblatōnes sacer
dotuz ponebant. **N**usach
in qua olim oblatōnes regū
ponebant z pncipum. **B**azo
philatiū yo in q oblationes
alioz populoz z pauperuz
reponebant. **E**t qz pncipes
attenderunt qz isti. xxx. argē
tei essent p traditōz. **H**iero.
Dvere liquētes culicem ca
melum glutientes. **S**i ideo
nō mittut precii i corbonā,
z. **C**ur igit ausi sūt sangu
inem effundere innocentem.
Consilio aut initio emerunt

agrum figuli in sepulturas
pegrinoz. quia p̄cium d̄ san
guine erat. **A**ug. **D**ivina p/
uidentia factū est vt p̄cium
saluatoris nō pereat s̄ pere
grinis requiem ministret.
Dropter h̄ vocatus est ager
ille lingua hebraica achelde
mach. **H**est. ager sanguinis
vsgz in bodienū diem. **T**ūc
adimpletū est quod dictum
est per Hieremīa p̄phetam.
Et acceperūt triginta argē
teos. licet ista auctoritas nō
sit in libro Hieremie quem
nos habem⁹. **T**amen Lyra
dicit se vidisse istam auctori
tam de verbo ad verbum
in quodaz libro hebraico qz
dicebatur esse Hieremie p/
phete. **M**ulti enī libri p̄phe
tarum apud nos nō haben
tur. **N**el fīm alios. **J**eremīa
non esse de textu. nec etiā in
antiquis esse libris. vt dicit
Hieronim⁹. sed absolute p/
phetam. et sic intelligere de
bemus Zachariā. qz Zacha
rie. xj. babetur ista sententia
licet verba aliquantulū sine
mutata. **P**recii triginta de
nariorum appreciat. id est.
ipsius christi quem apprecia
uerunt a filijs israel. qz istud
precii fuit constituz inter

Judam et sacerdotes qui erant de filiis isti, et dedecet eos in agris figuli sic constituit michi dominus. **H**oc est additum ab eum a gelista, i.e. sic constitutum esse reuelavit mihi dominus. **E**t Hieronimus papae habet suspedium scilicet inde factum est anno Christi crucifixione. **T**unc aliquid volunt ut Augustinus post Christi resurrectionem sit factum, eo quod sacerdotes illa die occupati erant circa Christi mortem, et alio die circa pascha. **R**ecognovisti te peccasse et oblitus misericordia dei fuisti, te suspediti, ideo magis desperando quam tradendo offendisti. **I**udei autem non intrauerunt in pretorium, sed in domum in qua iudicium sanguinis tactabat, et genitilis, quod tanquam excusatos reputabantur, eo quod ydola adorarent. **E**t iudei non intrabant pretorium ut non examinarentur, sed ut manducaretur pascha, et aei- mos panes, quos non licuit his septem diebus manducare nisi mudiis, sed non timebant effundere sanguinem innocenter, et non timebant inquinari in domo aliena. **T**racta. **U**e sumet tibi eucharistie sacramentum. **E**xiuit ergo Pilatus, sciens quod ipsi non intrarent. **E**t dicit. **N**on accusatorem assertis aduersus hominem istum, admirans et indigne ferens quod propria auctoritate hominem ligasset adhuc non suictum coram iudicio. **V**idens vero eum ligatum in signum mortis, et romanis non damnabat nisi sciarent causam. **I**deo Pilatus more romano, causaz mortis inquisivit, quia ab imperatore romano iudex missus. **R**espoderunt et dixerunt. **S**i non esset homo malefactor non tradidisset eum tibi, quasi dicerent. **N**os examinavimus eum in consilio nostro, et inuenimus dignum morte, quare non oportet alia examinatione instaurare. **D**icit ergo illis Pilatus. Accipite eum vos et vos legem vestram iudicate eum, quod si dic. **S**i sufficit vestra examinatio, sufficiat et vestra sententia, yronice et indigna tuis ista perculit, quia sciuerat quod nemine poterant condemnare. **D**ixerunt ergo iudei. **N**obis non licet interficere quemque, quia potestas nobis absolta est per cesarem, ut frater Iesu impleretur quez dixit, significans qua morte esset moriturus, quia tradendus

esset gētib⁹ ad illudendū. **T**ē
Vñ qr indei vidēt P̄ylatū
indignatuz. ceperūt eum in
mult⁹ accusare dicētes. **H**ūc
inuenim⁹ subuertentē gentē
nostrā. et phibentez tributa
dari cesari. et dicentē se xp̄m
regē esse. **J**oh. vi. **N**oluit esse
rex neq; effici. et inde accusat⁹
de iactātia. **P**rimū articulū
P̄ylat⁹ qr gentilis nō cura/
uit cultum iudeoz. an sub/
uerteref. **A**udierat nihilo/
minus q; xp̄s docuerat ser/
uare legē. et q; plura miracula
fecerat circa eorū infirmos.
Secundū articulū ex publica
fama nouerat esse falsum. qr
xp̄s dixit. **R**eddite que sunt
cesaris cesari. et q; sūt dei deo.
Tertium ſo articuluz. quia
tangebat auctoritatē cesa/
ris. ideovt plenius h⁹ articu/
li veritatem inuestigaret. in/
troiuit P̄ylatus in p̄torium
et vocauit Iesum. et interro/
gauit eum dices. **T**u es rex
iudeoz. q; si di. **E**st ne veruz
q; tu afferis te regem iudeo/
rum. cōtra voluntatē Augu/
sti. q; regnum iudeorum in/
corporavit romano impio.
Et r̄ndit ih̄s. **T**u dic⁹. **E**t
cum in mult⁹ accusareſ a p̄n/
cipib⁹ sacerdotū et seniorib⁹

populi. dicit illi P̄ylat⁹. **N**ō
audis quanta aduersum te
dicunt testimonia. **E**t non
respondit ei amplius ad v/
lum verbū. ita ut miraretur
p̄les vehementer. **A**mbroſ⁹
ſup Lucam. Accusat dñs et
tacet. quia defensione nō in/
diget. **H**ic accusata Susan
na tacuit et vicit. **M**elior est
ēm causa que non defendit
et pbatur. **E**t Augustin⁹ ſu/
per Johannem. Itaq; dñs
Jesus ybi nō respondebat
ſicut ouis ſilebat. ybi ſo re/
ſpondebat ſicut paſtor do/
cebat. Introiuit ḡ iterum in
pretorium P̄ylatus et voca/
uit euz. et dicit ei. quia index
veritatem inquirens multo/
tiens deb⁹ interrogare. **J**o
inqt. **T**u es rex iudeoz. **A**u/
dierat forte de xp̄o q; in ſua
puericia fama erat quando
pater Herodis fecerat occi/
dere pueros propter verba
magorum dicentium. **A**bi
est qui natus est rex iudeoz.
ſi ip̄e eſſet. et forte p̄ tūc ſub/
terfugifſet. Ideo de hoc ve/
ritatem ſcire volens. **T**unc
respondit ih̄s. **A** temetipo
hoc dicit. an alij tibi dixerit
hoc de me. **O**ſtendens hiſ
verbis P̄ylatum nō ſm viā

missa procedere. Quasi diceret. Si autem hoc a me audiisti. pande signa rebellioris mee. Si autem alij tibi direxerunt. n*on* cordinariam fac inquisitionem. Respondebit Pylatus. Nunquid iudeus sum ego. Quasi diceret. Per me non concepi. quia non sum tecum conuersatus. Nam gentilis sum ut nosti. Sed tua de qua natus es progenies et pontifices tui tradiderunt te mihi qui deberet te defendere. utiq*s* grauiter eos offendisti q*uo*d ita constanter te accusant. Quid fecisti Respondit Jesus. Regnum meum non est de hoc mundo. Quasi diceret. Igis non quero regnum temporale q*uo*d sit contra cesarez sicut iudei me accusant. Nam regnum meum non est de hoc mundo. sed regnare desidero spiritualiter in his que n*on* sunt de mundo. Unde n*on* negat se regem regum. et dominum dominantium re*m*. Si autem regnum meum de mundo hoc esset. ministri mei utiq*s* decertarent ut n*on* traderer iudeis. In hoc cognoscere sufficienter potes q*uo*d regnum meum non est hinc. Dixit itaq*s*

Pylatus. Ergo rex es tu. Ac si diceret. Ex quo concedis q*uo*d habeas regnum non pertinens ad ditionem cesaris. Igitur rex es. declarat mihi. vbi aut quale sit illud regnum. Respondit Jesus. Tu dicas quia rex sum ego. Quasi diceret. et bene dicas. Noluit negare. quia rex regum. Declarabo igitur tibi regni mei conditiones. Ego in hoc natus sum. sc*z* natuitate temporali. et ad hoc regni in mundum ut testimoniū perhibeam veritati. Et omnis qui est ex veritate audit vocem meā. Ex quibus verbis colligitur q*uo*d ad regnum christi duo requiruntur. videlicet veritas ut audiatur. et obedientia ut impleatur. Attendant mendaces et vani an sint de regno dei. an n*ō*. cum sit xpos veritas. videlicet scripta. quae est sacra scriptura. Increata que est filius dei. Exemplaris q*uo*d est verita xposi. Et eterna q*uo*d est deus pater. Et huic veritati venit xpos testimonium perhibere. Dicit ei Pylat. Quid est veritas. Et q*uo*d tantus ē amor veritatis ut etiam ab emulis laudib*y* efficeretur.

Nemo ei veritatē odit. neqz
in se. neqz in suis. **I**ō pylat⁹
illec⁹ amore vitā inqūitōe⁹
fecit dicēs. **Q**uid est veritas
Ist⁹ q̄stionis responsione⁹
nō expectauit pylat⁹ p̄p̄ plu⁹
ra. **P**rimo q̄r cōdēnaturus
erat veritatem et ampli⁹ pec
casset. **S**ed veritas est res
valde spūialis. vt patuit sup.
sed **P**ylatus tēpalis solum.
Tertio q̄r audiuīt tumultū
iudeoz surgere. eo q̄ sic tar
daret mortem xp̄i. ideo exi
uit ad sedandū illum. **Q**uar
to. quia xp̄us noluit impedi
re passionē suā. nec vltra dif
ferre. **Q**uinto. q̄r fm Augu.
In ip̄a p̄posita questōe evenit
subito in mentē **P**ylati con
suetudo iudeoz de vno libe
rando in pasca. in memorīa
liberatiōis ab egyptiacoruz
seruitute. **I**ō exiuit itez ad
iudeos et dixit ad p̄ncipes sa
cerdotum et ad turbas **E**go
nullam causaz inuenio in h
oīe. **A**ttēde fm Lryf. q̄z ef
ficaciter allegat p̄ eo. q̄r non
sciuit nec inuenit cām mal
icie. **A**t illi inualescet dices
tes. **C**ōmouit p̄lm docēdo
p̄ yniuersam iudeā incipies
a galilea usqz hoc. **D**oc dixe
rūt iudei ad excitandū furo

rem pylati sic p̄us interfec
rat **J**udā galileū. p̄p̄ cōmo
tionē factaz. **B**erñ. **O** bone
ihu. p̄p̄ qd ab oīb nob meri
to es diligendus q̄r docui
sti tc. p̄pter h̄ nitunſ te occi
dere. **P**ylat⁹ aut audiēs gali
leam interrogauit si hō galil
eus esset. **A**t vt cognouit q̄
de herodis p̄tētē essz. remi
sit eū ad Herodē q̄z ip̄e hie
rosolymis erat illis diebus
p̄p̄ diē festū. q̄r iudeus erat
licet ab alienigenis nat⁹. fm
glosaz putans q̄ libenter li
beraret hoīem de terra sua.
marime innocentē. **I**tez mi
sit **H**ilat⁹ Jēsum ad herodē
declinans foꝝ iudicū iuxta
legem romanoꝝ. q̄r sibi ex
crabile erat innocentē con
demnare. **Q**uā legē iūitari
debēt iudices et scabini quā
do sciūt aliquē innocentem.
licet **Quincas**. nō tñ debent
ip̄m iudicare. sz potius iudi
ciū resignare aut ad aliū eu⁹
remitttere. licet opinio vulga
ris sentiat oppositū. vt est lu
cidius in glosa. de offi. indi
sup. c. p̄nicioſum. et c. si sacer
dos nāqz. **H**erodes at viso
Jēsu gaūlūs ē valde. **E**rat
enī ex multo tēpe cupēs eū
videre. eo q̄ multa audierat

de illo. et sperabat signum alii/
qd ab eo fieri. non vt deuo/
tus siue studiosus. sed vt cu/
riosus et temptator. Crede/
bat eum xpm nigromantem.
vel ioculatoriem. ideo etiam
no videre meruit aliquod si/
gnum. Interrogabat autem
illum multis sermonibus. an
scz esset ille puer in cuius or/
tu magis noua stella emicuit
an ipse cecum a nativitate il/
luminasset. an Lazarum su/
scitasset. an ipse paraliticum
xxvij. anno curasset iace/
tem iuxta piscinam. promis/
tens si miraculum in psetia
eius faceret qd eum liberar^{et}
Cominabat etiam qd si eum
non honoraret in aliquo qd
ipsum adiudicaret voluntati
malignantium indeo qd Jesus
nichil rredit Herodi. Sta/
bant autem pncipes et scri/
be constanter accusantes eum
Sed quare xps non respod/
dit Herodi sicut Pylato sicut
rationes fm Albertu. Pria
elatio sua et curiositas non
merebat Math. vii. Nolite
sanctum dare canib. Secum
da est. quia verbum forma/
ri non potest sine voce nec p/
ferri. Sed Johannes erat
vox domini. quez anno pre

cedenti occiderat. et Jesus
verbum domini. ideo qbz
dei scz xpm audire non erat
dignus. Tertia est loquaci/
tas et vt daret exemplum. ac/
cusationes melius tacendo
qz loquendovincere. Spre/
uit autem Iesum Herodes
cum exercitu suo. et illusit ta/
qz impotentem. quia nulluz
signum facere voluit. Tadz
inscientem. quia nihil respod/
dit. Tancz insipientez. quia
contra suos accusantes se no
defendit. Indutum veste al/
ba tanqz fatuum. longa et
sine puctura. vt rediens ad
pretorium Pylati calcando
supra extremitates vestis il/
lius seipsum offenderet. et
aspicienti populo iocum cu/
mularer. Sed no oiose fm
Ambrosium. saluator veste
illa alba. s. imaculata indu/
tur. quia ipse sine macula co/
tius mundi peccata super se
portauit. Et remisit eum ad
Pylatum vt ipsum damna/
ret siue liberaret sicut velle
Et facti sunt amici Herod/
es et Pylatus. Et no m/
rum. quia vnus misit veraz
pacem et dilectionem. quia
ipse e pax nostra facies utra/
qz vnum. Quia antea inimi

ti erat. quia **Pylatus** multos
occiderat q̄ erant de potesta-
te Herodis absq; eius con-
sensu. maxime Judam gal-
leum q̄ dixit se filium dei et
phibuit professionem fieri ce-
sari et censem dari. quē cur
sibi offerentib; in monte ga-
risim interfecit. **Hec Lyra.**
Hec illusio fuit p̄figurata
Gen. ix. in Cham. q̄ videns
verenda p̄s denudata ip̄z
derisit. Nam et Jesus nud⁹
apparuit dum potentia diui-
nitatis ab Herode et iudeis
obscondit carnis infirmita-
tem ostendit. &c.

Dicitus **Illat'au**
p̄tez principibus
sacerdotū et ma-
gistratib; et ple-
bi dixit h̄ modo. Obrulisti
mihi hunc hominem quasi
auertentez plūm a cultura
dei et reverentia tēpli et obe-
dientia cesaris. Quasi dice-
ret. Vos in probatione de-
ficiatis. Indicari igitur sine
sua confessione non potest.
Proinde ego eum coram vo-
bis interrogans in publico
nullā causam inuenio in ho-
mine isto. in his in quibus

enī accusatis. Sed hęc
Herodes. Nam remisi vos
ad eum. et ecce nihil dignus
morte actum est illi. Corri-
piam ergo illum et emenda-
tum dimittam. scilicet flagel-
latum p̄us quantum inbe-
tis. vt si aliquo modo vos
offendit. vltra condignum
per flagella puniatur et cor-
ripiatur. **Nic** incipit **Pylat-**
tus istis verbis exorbitare
contra iuris sententiam. at/
q̄ ab ea declinare. **Emenda-**
re se dixit innocentē. **O Py-**
late quid dicas. **Si** innocēs
est quomodo eum emenda-
bis. nisi deuando a iusticia
Et lex romanorum dicit. q̄
deficientibus accusatorib; i
probatione. reus debet ab-
solui ab instantia iudicij. et
non emendari. **Sed** cum
Pylatus polliceretur eum
emendare nō tamē irroga-
ta morte exarserat velut ig-
nis in spinis. indeorum sy-
nagoga in maledicta. et simili-
vniuersa turba clamauit di-
cēs. **Crucifige crucifige eū.**
Ille autem tertio dixit ad
eos. **Quid enim mali fecit.**
At illi instabant vocib; ma-
gnis postulantib; vt crucifi-
geretur. **Cum** autem vidis-

set **Pylatus** q̄ omnino vel-
lent eum mori. Nam inua-
lescebant voces eorum. **E**t
cum nequiciam ipsoꝝ com-
pescere nequiret. incidit in
mentem **Pylato** q̄ per diem
solennem consuevit preses
vnū dimittere populo ex-
victis quēcunq; petiſſent.
Dabebat autem tūc vnū
vinctum insignem qui dice-
batur **Barrabas**. Qui cum
seditionis vincus erat pro-
pter homicidium quod fe-
cerat in seditione in ciuitate
Et cum ascendisset turba ce-
pit robare sicut semper fa-
ciebat. scilicet in pascha. **C**o-
gregatis autem illis. **R**espō-
dit **Pylatus** et dixit illis.
Est consuetudo vobis. vt
vnū dimittam vobis in
pascha. **N**uem igitur vultis
vobis dimittam. **B**arrabā
an regem iudeorum. qui di-
citur christus. **S**ciebat em̄
q̄ per inuidiaz tradidissent
eū summi sacerdotes. **D**on-
tifices autem concitauerūt
turbam: vt magis **Barra-**
bam dimitteret eis. **E**xcla-
mavit autem simul vniuer-
sa turba dicens. **V**olle hūc
et dimitte nobis **Barrabā**.

Pylatus autem iterum re-
spondens ait illis. **Q**uid er-
go vultis faciam regi iudeo-
rum. **A**t illi iterum clamab-
bant. **C**rucifige eum. **O** ce-
ca et detestanda iudaice ma-
lignitatis peruersitas. **A**lle-
gatur eis per iudicem **Chi-**
sti innocentia dicente. **A**ul
lam inuenio in eo causam.
Eccl tanquam innoxium di-
mittere nollent. saltem tan-
quam reum festo donarent.
Sed quid est aliud dicere.
Non hunc sed **Barrabam**.
Alii occidatur christus qui
mortuos ad vitam susci-
uit. et viuere permittatur q̄
vinos interfecit. **B**eda. **Q**
iudei. contra vos peristis.
ideo merito vitam salutem
et patriā amistis. **E**t quia
latronem preelegistis. ideo
latronibus subiecti estis.
Pylatus autem iterū respō-
dēs ait illis. **Q**uid ergo vul-
tis faciam regi iudeorum.
At illi iterum clamabant.
Crucifige eum. **T**unc er-
go apprehendit **Pylat**? Je-
sus scilicet q̄n̄ vidit q̄ nihil
proficiebat q̄ latronem sibi
dimittri preeligerat. q̄ tam u-
stater fortiter eū accusabat.

Et flagellauit. i. flagellari fe
cit ppter puerudinē iudeoz
Pue statuit flagellādū om/
nem tradicentē legi et sta/
tutis eoz. **E**t s in memorā
illius. qz de flagellauit regē
heliodoz. q voluit depdari
templū. Item yr statuta ro/
manoz seruaret. quia cruci/
figendi p̄us cū cathenis fer/
reis flagellari deberet. et qui
se nominare auderet regē iu/
deoꝝ occidere. et in maiore
p̄fusionē p̄us cedere cathe/
nis ferreis. vt scilz pderet si
quos socios haberet in cri/
mine. Itez vt scriptura quā
x̄s pluries pdixit. implere
tur. **C**onspuetur et flagella/
bitur. **F**ecit igitur Pylatus
Iesum ligari ad statuaz fm
magistrum in historia adeo
spissam q manus manū ad
spacium duarum palmaruz
nō tangeret. sed cum corri/
ḡhs trabeabantur. etiam ita
miserabiliter flagellabatur.
q a planta pedis vsg ad ver/
ticem nō remanebat illesum
in suo benedicto corpe nisi
soluz lingua. qua p pccoribz
et latrone in cruce oraret. atz
testamentū faceret zc. **E**t in
dei audientes q ih̄s flagel/
lari deberet. flagellatibz scilz

q gentiles erāt summā pecu/
nie dederūt. **A**ilices igitur
pilati suscipiētes ihm. duxer/
unt eum intro in atriu pto/
rū. et vestibz exutis ipsuz ad
columnā in medio pretorū
stantem ligauerūt ut dictuz
est. **N**ō milites fm aliquos
erāt sex. fm aliqz erant qttu/
or. qz p̄mi duo fm Hiero. i
glo. virgas de spinis et vepri/
bus acutissimis habuerunt
confectas. quibz cutem ape/
ruerunt. **I**llis vero flagella/
tis. alij duo flagella habue/
runt. in quoꝝ extremitatibz
erant nodi aculeis acutissi/
mis trāfixi. carnem sacratis
sumam scindentes. **I**tez alij
duo cū cathenis ferreis ha/
bentibus vncos in summis/
tatibz. qua carnem extrare
runt. ita q in pluribus locz
videbāt nuda ossa. tam cru/
deliter flagellantes q colū/
nam sanguine profluente ex
toto rubeam tinixerunt atqz
carnium suaruz magna fru/
stra in flagellis pependerunt.
Et tunc ipsum soluerunt et
dorsum ad columnā vertea/
tes. man⁹ sup caput ligau/
rūt et de novo scim ventre
pcutere ceperunt. necnon et
scim verticē. nec oculis nec

faciei locūdissime pepercit
Quoꝝ crudelitatē quidam
pagani circūstantes cōside-
rantes accurrerunt et funes
rumpētes soluerunt Nec sic
faciati tortores illitartarei.
crines barbe sanctissime et
capillos capiſt lacerauerūt.
et sic impletū ē dictū Isaie.l.
Lorpus mēū dedi gentien/
tib⁹ et genas meas vellētib⁹.
Bern⁹. de hac flagellatione
mente pertractans. **N**ā
suete paterne benignitatis
archanum consiliū videbas
pati tam immanie vnigeni/
tum tuū. tibi coequalē tanq̄
latronē et homicidā flagella
ri. et quo te hīnere potuisti.
quo hanc passionem confu-
ſibilem sustinuisti. An ego ti-
bi carior q̄ vñigenit⁹ tuus.
quia ei nō pepercisti p̄t me.
Eusebius et **C**hryſost. sup
illo ꝑbo. Disciplina pac⁹ no-
stre super eū. **N**ista discipli-
na fuit triplex. scilicet dura. q̄
virgis spineis. durior. quia
flagellis nodatis. durissima
q̄ cathenis ferreis christus
cesus fuit. Nam sūm p̄hicos
in corpore humano sunt. cc.
lxxv. ossa. et quodlibet os i
corpore xp̄i recepit triplicez
icuum. **N**ū de yḡis. alium

de flagellis. tertiu de cathe-
nis. **S**olut⁹ igif xp̄s p̄prias
vestes induere voluit. s̄z nō
pmisus. Nam milites susci-
pientes ihm duxerunt eum
scz de colūna et loco flagella-
tiōis introduxerūt eū intro
in atrium pretoriū. et conuo-
cant totam cohortez. **E**t in-
duerunt eū ueste purpurea
antiqua et aspera in signum
regie maiestatis. Nam pur-
puris reges vt solebāt. **E**t
plecentes coronam de spi-
ni marinis. qui acutiores
et longiores aculeos habēt
q̄ comunes spine. et arundi-
nib⁹ capiti eius impresserūt
que eum in capite in septua-
ginta duob⁹ locis crudelissi-
me vulnerauit. **N**ā erat ad
modū pillei ita q̄ vndiqz ca-
put tegeret et tangeret. ita q̄
aculei ossa penetrarent et to-
cum corpus sanguinē a ca-
pite reciperet fluentem. Iti
iunci sūm **I**lidouz ab intra
fuerunt concavi et vacui su-
gentes ad se christi sanguini-
nam. Dicit etiam **B**ernar.
q̄ christi corona non solum
carnem penetrabat. sed etiā
ossa et testam capitis. dene-
niens vscz ad cerebrū. **A**ec
aliquis putet hoc ipossible

Q spine fragiles possent per
forare durū os capis. qz qd
natura prohibuit de xpī passi
one. diuīa ordinatio r volū
cas effectit. Nec est ppheticō
erariū. Os nō cōminuetis.
qz os capis nō fuit cōminu
tū. Iz spinis fuit rē. Xpo tigk
sic purpura siue cocceo qd
idem est restito. et coronato
spinea corona. verificatū est
illud Isiae. Nec est species
ei neqz decor. r tanqz lepro
sum reputauimus euz. Os
conqueritur nobis p Psal
mīstam. Ego sum vermis r
non homo. opprobrium ho
minū r abieccio plebis Arū
dinē ho dederūt in dexterā
el? qsl p sceptro regali. et ve
niebant et illudebant ei. Et
genusflexo ceperunt eū salu
care. tāqz coram rege deriso
rie adorādo dicentes. Ave
rex iudeoz. qsl dicerent. Re
gez te dixisti iudeoz. modo
coronatus es. r purpura in
dutus ad instar regi. Et ex
puētes in eū. dabant ei ala
pas tanqz fatuo dicētes. Li
benter regnares si posses.
Propter qd ecclia hodie p
ipsis orādo nō flectit genua
sicut p paganis r alijs infi
delibz rē. Berū. O ho pside

ra q non decet sub spīnato
capite mēbz esse delicatum
Laue ne dñs tibi dicat. Tu
ho portas serū de rosis in
capite r ego spinea coronaz
Tracta. Tu in albīs rē. r in
veste alba illusus. Tu cyro
thecas. r ego in manibz cla
uis fixus. Et tūc exiūc
ste p ylat foras r dixit. Ut
cognoscas q nullā cāz i eo
inuenio adducovob eum fo
ras. Exist g ih̄s portas spi
neam coronam r purpurea
vestimentū. Et dixit eis Pi
latus. Ecce homo. q dicerz
Dic est ho q se regē vestrū
esse dixit vt asserit. sufficit
ergo vobis p illo ybo q ab
ominabilis sit sibi illata cō
tumelia rē. Cum g vidissene
cum pontifices r mistri cla
mabant dicētes. Crucifige
crucifige eum. q. d. Nec pē
nō sufficit nobis. sed perim
vt crucifigāt. q geminando
clamabant. Desiderabant
singulariter crucifixionem r
non lapidationem. que fm
objecta et false imposita ei
debebatur. Quia fm Cry.
crucifixio tanta erat cōfusio
vt nullus amplius de cruci
fixo memoriaz haberet. nisi
in maledictōe. Ideo vt nul

lus vñc quideret nominare
de cetero. **T**e. Quod p̄queris
nobis. Sicut aqua effusus
sum. Tracta quomodo de
omni liquore odor remane-
at in vase excepta aqua. **V**n
intento iudeorum erat fm
Thomam vallis super pre-
dicto verbo. totalis deletio
nominis christi. id petebat
crucifixionem. Dixit autem
eis Pylatus. Accipite eum
vos et crucifigite. Ego em
no inuenio causam. Quasi
diceret. Scdm mensurā de-
licti debet esse plagarū mo-
dus. sed iam ultra cōdignū
punitus. Si vos haberetis
auctoritatem. cito eum cru-
cifigeretis. Ideo ironice di-
xit. Accipite eum vos. q̄i di.
Ab sit q̄ ego innocentē cru-
cifigam. Responderūt iudei
Nos habemus legem. et fm
legem debet mori. quia filiū
dei se fecit. Ecce quarto nūc
christum tanq̄ blasphemū
accusant. O miseri iudei si-
ne blasphemia fm vrāz scri-
pturam filij vestri adoptiui
dicuntur dīj. vt de sanctis et
iustis dicit Psalmista. Ego
dixi dīj est. et filij excelsi om-
nes. Quanto magis filius
naturalis quē pater ab ecer

no genuit et missit in mun-
dum. Nonne se verum deū
probauit per miracula que
nemo aliis fecit nec facere
potuit nisi solus de? **C**ū
ergo Pylatus audisset hūc
sermonem magis timuit. nō
legem. quia gentilis. **H**ed
ne forte fm Hieronimū ve-
rum esset q̄ originem diuin-
am haberet. et sic in eo cri-
men enorme commisisset se
flagellando et alijs vilifica-
tionibus et illusionibus sub-
dendo. et maxime nunc oc-
cidendo per crucifixionem.
Ideo de hoc certius inqui-
rere volens. Ingressus ite-
rum in pretorium cum iesu
Pylatus. et dixit ad Iesum
Unde es tu. Quasi diceret.
De qua generatione es. Di-
uina aut humana Ihs aut
responsum non dedit ei fm
Chrysostomū propter diffi-
cultatē questionis. quia Pyl-
atus nō sufficiebat capere.
Isaie. lxx Generationē eius
scilicet diuinam. quis enar-
abit. Et ne peccatum eius
aggravaretur ne etiam chri-
sti passio per hoc impedi-
tur. quia si dixisset se esse filiū
dei Pylat⁹ nullo mō con-
demnasset eum ad mortem.

Unde, *s. ad Corin. 5. 9.* **Si**
cognouissent nūq; dñm glē
crucifixissent. **Dixit** ḡ pilat⁹.
Dibi nō loqueris. **Nescis**
quia potestate habeo cru-
cifigendi te, et potestate ha-
beo dimittere te. **Nis** ver-
bis **Pilatus** condemnauit
seipsum. **Si** in te o **Pylate**
positū, quare eum nō absolv-
uis cū nullā causaz innenis
et totiēs causaueras eē inno-
centez. **Si** potestate gloria/
ris habere, nunq; xp̄s tibi
poterit dicere vere. **Ex** ore
tuō te iudico serue nequam.
Luce. *xix.* **Respondit** Jesus
ad remandā **Pylati** iactā-
tiam. **Non** haberes potesta-
tem aduersus me villaz, nisi
tibi datum esset de super a-
deo pmissiue et a cesare. **Et**
in his arguit peccatū **Pilati**
implicitē. **Quia** neq; deus
cuius potestas superior est,
nec Augustus ordinauerat
ad puniēdum innoctios, sed
potius ad redimendū et de-
fendendū. **Jesus** cū ostēdit
peccatū **pilati** minus esse q̄
Jude et iudeorum dicens.
Propterea q̄ me tradidit ti-
bi, maius petītū habet. **Quia**
Judas motus fuit cupidi-
tate. **Judei** inuidia et liuore,

Pylatus bō tistrore cesaris
et fauore iudeorū. **Paius**
aut̄ malū est inuidēdo q̄ for-
midādo peccare, qr̄ tumor ex-
cusat a tāto sed nō a toto rē.
Et exinde id est, ex hac cau-
sa querebat **Pylat⁹** dimitte-
re ih̄m, sicut astutus vidēs
qr̄ eum notass; de peccato si
innocentem occideret que-
rebat oportunitatē dimitte-
re eum sicut et antea fecerat
in fori declinatōe, et iuris al-
legatione. **Judei** hoc consi-
derantes clamauerūt dicen-
tes. **Si** hunc dimittis non
es amicus cesaris. **Et** ē ver-
bum cōminatorium. **Quasi**
diceret. **Si** absoluis istum
q̄ se regē dicit iudeoz, et h̄di-
cit cesari, te accusabim⁹ qr̄ nō
zelas p̄ honore cesar̄. **Hic**
uerāt enim qr̄ **Pilatus** non
audebat quicq; facere quod
derogaret cesari. **Igitur** pi-
lat⁹ cū audisset hos sermo-
nes, adduxit foras **Jesus**
in loco publico qui dicitur
licostratos. **A**licos quod ē
lapis, et stratos, id est, paui-
mentū vario lapide stratu⁹.
Hebraice autē golgata. **Em**
Bedam **Locus** stratus la-
pidib⁹ coloratis diuersis co-
lorib⁹. **Golgata**, i. sublimis

vbi erat sedes iudicialis po-
sit in loco eminentiori. vbi
ab oīb possit videri. vt iudi-
ces sedere solet. Erat para-
sceue. i. preparatio. i. dies p-
ma solēnis in q̄ preparabāt
cibos p sabbato. Tē para-
sceue nō est hebraicū. sed so-
nat tantū c̄tuz preparatio.
Nam sabbatū tantā solēni-
tatē habebat. q̄ nō licuit in
sabbato preparare cibaria.
sed in precedenti die. s. feria
sexta. ideo oīs sexta feria di-
cebaꝝ paraſceue. hora q̄i sex-
ta. qz die sexto hō factus. Et
dixit Pylatus iudeis. Ecce
retvī. Quasi di. mirū est fm
Theo. q̄ talem formidatis
vſurpare sibi regnū sic abie-
ctum. pauperēt despectum.
laborās itez. p xp̄i liberatio-
ne. cum regna gubernari so-
lent a diuitibꝫ et fortibus at-
potentibꝫ. Illi at velut fre-
netici et furibūdi clamabāt.
Tolle tolle. crucifige eu. Et
quia totiens clamauerit. cru-
cifige. Ideo fm mḡm in bi-
sto. ter cantatur Agn̄ dei in
missa. et tres dicunt collecte
Dicit eis Pylat. Regē vīm
crucifigā. q̄i di. Utq; ex hoc
vobis verecūdia grauis ge-

nerabit si ego crucifigo eu. qz rex vester. Rūderūt pon-
tifices. a q̄b tota p̄cas. Nō
babem⁹ regē nīsi cesarez. Ex
q̄ patet q̄tū sitiebant mortē
xp̄i degeneres iudei ob cui⁹
mortem. pcurandaz spōte se
subiçēt et obligauerit subie-
ctioni romanoꝝ. qd antece-
dēter nūq; facere voluerūt.
imo sp̄ intentiōis erāt bellā-
di plibertate retinenda. sic
circa p̄ncipiū sermonis hu-
ius dictum erat. qñ timebāt
romanos venire z̄c. et iā vo-
lūtarie se tradunt ad man⁹
imperatoris. pro quo dedis-
ser cesar bene infinitaz pecu-
niam. **H**ec tū p hoc dominū
huius benedicti regis effu-
gere poterāt. qz dominatur
a mari z̄c. qz regnabit i etnū
zvtra. supple sup corp⁹ et aiaꝝ
Domiseri iudei celestē regez
despicitis. et terrenū vob eli-
gitis. nichilomin⁹ est rex ve-
ster et dominus vniuerse ter-
re. **A**nde ex post nunq; regē
habuerunt. nec vñq; habe-
bunt in signū maledictiōis.
et pfugi facti ac xp̄ianorum
serui. et omnino xp̄ianis fu-
giendi. vt patet. xxvij. q. i. c.
nullus. et. omnes.

Unic iigi
tur pylat^r consi
derans se incur
rere indignatōz
populi et times offendam ce
sar is adiudicauit fieri peti
tione eoz. Sedēte igitur p
tribunali misit ad eum rex
el^r dicens. Nihil tibi et iusto
illi. Multa em̄ passa suz ho
die p̄ visum p̄p̄ eū. Tūc em̄
diabol^r cognouit fructū pas
sionis xp̄i p̄ gaudiū angelo
rum. et animaz sc̄tōz patrū
in limbo. rex patientie visio
ne. qz ad om̄ia sibi illata pa
tiens fuit p̄tra humanū mo
dū. et eum esse filiū dei ex mi
raculoz opatione. et ideo tū
mēs dominiū suū amittere
et sicut humano generi mor
tem intulit p̄ mulierez. ita et
nūc p̄ mulierē xp̄m erige de
manib^r iudeorū studuit. sed
non p̄fecit. Sed quare plus
diabolus vēit in somno ad
mulierem qz ad virū. Dicen
duz. quia citius credūt som
nijs et fantasij qz viri. Da
loris etiam discretionis est
vir qz mulier. Et maxime h.
Dicendum qz vir sc̄z pyla
tus seductus a diabolo. er/

go sion indiguit ampli^r tem
ptare eum nisi per mulierez
Eidens pylatus qz nichil
proficeret sed magis tumul
tus fieret. accepta aqua la
vit manus suas coram po
pulo dicens. Innocēs ego
sum a sanguine insti huius
vos rideritis. O fatua lo
tio. Nam non erat aqua sa
cramentalis. ut disueret sor
des anime. zc. Vere o pyla
te ita innocens es. sicut ca
nis a pulicibus vernali tem
pore. Et respondit vniuer
sa turba. Hanguis eius su
per nos et super filios n̄os
O qz horrendum testamen
tum fecit hic populus stu
lus. Danet enim hoc testa
mentum vscz in hodiernuz
diem. Nam in signum hui^r
vindicte quādo masculi na
scuntur. scilicet de progenie
qui hoc clamauerunt habēc
manum dexteram plenam
sanguine capiti innixam.
Aec hoc incredibile est. cuz
de progenie illoz qz Joban
nem baptistam occiderunt:
in sua vigilia ad vesperas i
sanire incipiant. et vscz ad se
cundas vespertas vesaniam
illam continent diei sequē

titisse in hec verba. **Jesum**
seducentem populum blas/ phemantem in deum. dicen tem se christum regem esse.
cruci affigendum condem no et adiudico. **rē.** **N**uemad modum in legendis sancto rum plurimorū legim? simili/ lia facta. **O** pessime **P**ylate s modo totaliter erras. modo te ipsum eternaliter cōdem nas. **N**am dixisti q̄ totum fuit in potestate tua. dimitte re aut crucifigere eum. **S**ci uisti em q̄ iudei per inuidia tibi eum tradidissent. sci uisti innocentem. **E**t quare tam crudeliter flagellasti. et iam ad mortem iudicasti. **V**e tibi bene incepisti. sed male fu nis. et prouulisti hominez sibi homicidam. **Q**uid aliud est dicere q̄ crucifigatur qui su scitat mortuos. dimittatur latro. vt p̄les occidat vinos. **A**nq̄d leges romanorum quorū tu mīster es. te infor mant nullū innocentem cō demandū. nō in iudicādo plus respicere placituz p̄lū. q̄ iusticie eq̄tate. **V**e tibi p̄ylate infelix. à culmini roma no iniuriā facis. r̄i cesarē no tā ponis r̄i maculā deicidū.

In gla tua fundis p̄sidentie sedem subuertis ordinez iuris. et qd honoris et pudoris est fundis. Ad qd leges im pie tyranne. Ad qd iura. ad qd p̄sidentia. ad quid tribunal om̄i terre. **S**i ap̄d tuto res hominū p̄lebeoz et rei publice defensores tanta in nocentia et vita imaculata nō potest in te p̄sistere. **S**z et tu queq; peccatrix ania vide et attende qd innocētissim⁹ ag nus. vt a te sentētiā iuste dā natiō seriperet iniusto p̄p̄te elegit iudicio p̄dēnari. **E**c qd hodie ablato est alpha et principium et finis. ideo his diebus eccl̄a obmittit initia et fines horay. Data igit̄ s̄nia mortis. postq; illuserunt ei. **D**ic cum practica. Exuerūt eū purpura. et induerunt eū vestimentis suis ut magis esset agnoscibilis in vestimentis p̄prijs vadēs ad mortē et amplius p̄fundereb̄. **E**t tunc p culdubio xp̄s habuit nouā et maximā passionem. quo niā tunica illa purpurea cō gelata fuit et fortiter p̄pacta in vulnerib⁹ ictuū flagelloz qd absq; maximis dolorib⁹ euelli non poterat. maxime

cum tunica illa spolia⁹ fuit rupta fuerūt om̄ia vulnera. et hec crudelior pena erat qd flagellatio. vel etiā coronatō in se. Qd imaginari potest. **S**i cui lane v̄lini pannus in vulnere recenti coagulat et violenter inde extrahitur maior dolor infligit. Cepit eū sanguis de nouo ebullire. et totū corp⁹ roso et uore p̄fundi. **E**t imp̄cantes sibi crucē dūcunt eū extra ciuitatem. quia sc̄z passio sua non solum ad iudeos. s̄ ad om̄es se extendebat. In bus signū extra ciuitatez pati voluit. O quanta bona fecit Jesus huic ciuitati. pro quib⁹ omnibus crucem p maiori ignominia posuerūt in humeris suis ad portandū. **B**en. O inauditum spectaculum nunq; auditū. visum aut facuz est. vt aliquis sur aut malefactor ad hoc compelleretur. vt suu p̄p̄taret patibulum p̄ter saluatorem. et adimplatum est il lud Iſale. ix. **F**actus est p̄cipatus sup humerum eius. Hoc p̄figuratū fuit ī ysaac. qd dū fret ut imolareb̄ a p̄re ligī dorso p̄p̄o portauit. **B**en

xxij. et qz iudei ipm alapis ac
saberibz et illusionibz . necno
flagellationibz coronatione
qz tm dilacerauerunt postare
cem diu nec rem poterat
poterat . taliter exinaniv
lus et exhaustus d' sub cru
ce cecidisse . Nec mir ex emis
sione sanguinis omniu' ve
narum . qui destuebat ex pla
gis flagelloz et spinaz et ma
gnitudine crucis . que in lon
gitudie habebat pedes qn/
decim . in latitudine vero de
cem . Ideo exentes in eum
qz caluarie locus . et cu' du
cerent eum . et ita repente p/
cedere non possz . inuenierut
homine cyreneum nomine
Symonem venientem de
villa . patrem Alexandri et
rusi . Nunc comprehenderet
et angariauerunt ut tolleret
crucem eius . et imposuerut
illi crucem portare post Je
sum . no' ex misericordia mo
ti . sed ut citius ad morte per
ueniret . Nec qz estimare de
bet illud esse contra pfectio
nem xpi existentis ver' de'
cteyerus homo . Tradiderat
em diuinitas xpi humanita
tem ex toto infirmitatibus
humanis ad patiendu' . no/

lens sit in aliquo suffraga/
ri' ad pene alleuiatione.
et ideo infirmitatis huma
ne coditio exposcebat ut ho
mo xps sic tota nocte fatiga
tus et crux effusio debi
litatus sub tanto pondere
deficeret . Nec mirum cu' in
minore labore alias fatiga
tus puta itineris fuderit p/
refocillatione virium supra
sontem . Jobannis quarto .

Hic pmo nunciatuz fuit
beate Marie virginis . ut vo
lunt potiores doctores chri
stum filium suum esse con
demnatum . Cum quanto au
tem cordis dolore et animi
perturbatione hoc nunciuz
recepit perpende quelibz
fidelis mater . Nec tam ali
quod indecens sue pudici
cie vel virginitati derogas
commisit . Nec veru' est illud
fabulosum quo virginis glo
riose iniuriari impie videf.
virginem cucurisse ad simi
litudinem infantis mu
lieris hincinde . de domo ad
domum . ad quas Christus
ducebatur . ac in signum an
gustiaruz suaz crines enu
sisse . ac primas pspexisse et
manibz deplosis lametabili

ter placuisse et plura sunt. que
oia falsa et frivola sunt. alia
intre mulieres perfectiores
fuissernt bte virginis. scz So
phia septem filiorum Mater. et q
plures aliae. Sz cu tres sint
modi plangentium. Quidam
nimis dolore exprimit in ope
exteriori sicut Helis. Regis
suum. Qui audito capram ar
ebaz dñi. et duos filios mor
tuos cecidit retrosum. et co
fractis cervicibus expirauit.
Quidam nihil molestum pa
tiuntur. tamen propter quan
dam honestatem dolores si
mulant. bestiali quodam cl
more ut iuuencale de mor
te virorum deformium et ve
tulorum. Sed tertius se fru
stra affligit. Primus absq; in
ordinato motu bene ab om
nibus crederetur. Secun
dis quanto magis insanierint
tanto minor fides adhibet.
Idcirco tertium modum val
de humanae mater virgo ad
iuvenerit. que cum amaru do
lorem in corde gestauerit.
nichil tamen sedum aut in
decens gessit. nequaquam obli
uiscens fidei catholice. et vir
ginalis pudicitie. Fides em
qua habuit et in ea sola per

mansiit de resurrectione filii
sui et dolorem incompara
bilem sic tempauit ne indi
scipitur. Et vng quid commite
ret. Et vng in quodam
sermone de passione beati
ni dicit. Omnis beate virgi
nis dolor in christi passione
conceptus. sic intra sue ani
me claustra detinebatur. ut
nec minime impatientie aut
inordinationis signo exteri
us se proderet nisi inquantus
lacrimarum effluxu oculi ma
terni impetuosa anxieta
tem indicabant.

Hunc exi
b^{um} et hanc pro
cessionem lamen
tabilem Bernar
dus describit dicens. Cum
inquit Christus sic duce
tur. factus est concursus po
pulorum post ipsum. sicut
quando fures et maliciosi du
cuntur ad mortem. Alij ibane
ridentes. alij illudentes. alij
lutum super benedictum ca
put eius prohcientes. ac in
faciem. Si ante serpem exie
vit lutum super se prohcl
entem. Si supra. vidit pati

bulum humero suo imposi-
tum.eum valde opprimentē.
Hi post se.vidit matrē cum
multa turba populi et mulie-
rū. q̄ sequebant et plangebāt
atq̄ lamentabant eū. **C**on-
uersus āt ad illas ih̄s dixit.
Filie hierusalez nolite flere
sup me. **T**um p̄pē spontaneā
moriendi voluntatē. tū. p̄pē
diuinā ordinatōem. q̄ sic or-
dinauit me mori. tum pp̄ter
mentis mee vtilitatē. q̄r mo-
riēdo volo mortē destruere.
Lausam tñ passionis iubet
destere. sc̄z p̄cā p̄terita et fu-
tura. q̄ xp̄m pati ordine iusti-
cie fecerūt. sup q̄bo dolorib⁹
affici ad salutē necessariū est.
Hec Berñ. **G**z sup vosip-
sas flete. et sup filios r̄os. q̄r
veniēt dies in quib⁹ dicent.
Beate steriles et vētres que
nō genuerūt. et vbera q̄ non
lactauerūt. **T**unc dicēt mōtib⁹
Ladite sup nos. et collib⁹. co-
operite nos. **E**t loquebas d̄
obsidiōe romanoꝝ p̄ **T**ytū
et **V**espasianum p̄ncipes.
Hierusalez post ascensionē
dñi anno. xlī. funditus de-
struentiuz. qñ tanta strages
facta est. vt occisoꝝ sanguis
quasi riuiulus de om̄ib⁹ par-

tilb⁹ ciuitat̄ fluerūt. et capta fu-
st ciuitas in die pasce. et dēs
potiores iudei occisi. et. xxx.
venditi sunt. p̄ uno denario
Et tanta famē p̄ temp⁹ ob-
sidionis erat ut matres fili-
os suos comederent. vt dīc
Josephus qui pro tunc pre-
sens erat lic̄z fugerit latitās
in scissuris petrarūt quous/
q̄ persecutio ista cessaret. de
qua etiaz beatus **T**homas
in. iij. parte. quest. xlvi. ar. x.
Item r̄ps loquebatur de
iudicio finali. quando preti
more dicent mōtib⁹ **L**adite
sup nos z̄. **N**am subdit cāz
Quia si in viridi ligno hec
faciunt. id est. in me. **H**icitur
autem Christus lignum v̄
ride. **Q**uia viridis in radi/
ce diuinitatis. **I**n capite
humanitatis. **I**n ramis vir-
tutum. **I**n folijs sermonum
In fructu bonorum operiſ
In arido. id est. in peccato
re qui caret humore gratie
fructu iusticie. vigore q̄z con-
stantie. **Q**uid fieri. id est. qn/
ta puratis pena digni sunt.
Ducebat āt et duo alij necq̄z
cū eo vt crucifigerent. vt tur-
pitudo Christi magis aug/
mētaretur ex societate mala.

Et postq; venerūt in locum
q; vocat caluarie. qr ossa dā/
natorū ibi iacētia a euter car
ne erāt calua. **H**ec oīa facta
sunt ab hora tertia vñq; ad
sextā. **I**n signū b⁹ ad ḡaz
actionē ecclia statuit dicere
tertiā. **L**ū igit veniss vt di
ctū est ad montem caluarie.
km **D**athēū dabāt ei bibe
re mirratū vinū cū felle mix
tū. **E**t cū gustasset noluīt bī
bere. **N**ā lingua cū q; habuit
testamentū cōdere. noluic
mortificare rē. **H**eribit em
in qdā libello hebraico. vt
in q; Lyra. q; s; liber iudicū
ordinariorū. **N**ō qr **G**alo
mon **P**rouerb. xxij. dixerat
Date sicerā. l. potū inebriati
uum. merētib; et vinū bis q;
amaro sunt corde et animo
bibant et obliniscant̄ egesta
tis sue. **O**ccasione b⁹ verbi
seniores iudeorū statuerunt
vt p̄demnatis ad mortē da
ref vinū aromaticū. vt faci
lius tolerarēt mortis passio
nem. **E**t matrone devote in
hierlm h̄ vinū ex pietate da
bant. **J**udei autē nimia cru
delitate mori. vinū illud cri
sto datum et alīs duobus.
ip̄i bibebant. et loco ei⁹ ace/

etum cū felle mixtū posuerūt
qd factum est vt impleretur
dictū psalmiste. **D**ederūt in
escam meaz fel. et in sici mea
potauerūt me aceto. **S**euia
cruelitas iudeorū. q;lia po
cula aponis homini fatiga
to. in carne iam lasso. de mū
do in primo migraturo. **E**t
nudauerūt eum vestimentis
suis totaliter. quod etiam vi
lissimis personis fieri nō cō
suevit. quin aliquid ad ope
rimentum sue nuditatis re
linqueretur. **E**t tunicaz per
coronam compressam in ca
pite violenter traxerunt. ex
quo iterum non modicā su
stinxit rupturā vulnerū. rē.
Ande Ambrosius. **A**uctor
nostre salutis sic nudus po
situs fuit ad crucez sicut nu
dus exiuit d̄ vtero virginis.
Doc prefiguratū fuit in Jo
seph. quem fratres sui denū
dauerunt tunicam antequā
mitterent in cisternam. **S**e
neb. xxvij. **I**n loco vbi cru
cifix⁹ fuit ihs fuit lapis sup
quem ipm sic nudum posue
runt. quo usq; crux eius pre
parare. vbi sedēs opprobria
multa passus est in p̄spuen
do collaphisando et blasphem

mādo. Illi aut̄ q̄ crucē para
uerūt sine aduentia. aut̄
certa ex malitia. foramina ni-
mis distaneia ab inuicē fece-
rūt. Et p̄mo latrones dein/
de Iesum crucifixerūt. vñ
a dextris et alium a sinistris
mediū aut̄ ihm. Et impleta
est sc̄ptura q̄ dicit. Et cū ini-
q̄s deputar̄ est. Ad crucē at̄
ih̄s se voluntarie parare vo-
luit. Sed imp̄issimi illi ne/
quā p̄ brachia ip̄m rapiētes
violenter sup̄ trabem crucis
corpus sanctissimū pleceſt.
ita q̄ spinea illa corona capi-
ti fortius imp̄meret. Dexte-
ram iḡf manū accipientes
clavo obtuso ip̄az cruci affi-
xerunt. Et cū sinistram affi-
gere vellent. inuenerunt spa-
ciū inter foramina nimis re-
motū. et ideo ambab̄ mani-
bus ac brachijs funē alligā-
tes traxerūt hincinde. et tan-
cum sc̄tissima brachia exten-
derūt q̄usq; man⁹ sinistra lo-
cum foraminis attingeret.
et sic et ipsam conclauarent.
Quo facto venerunt ad pe-
des p̄figēdos. q̄s similiē ad
distantiā vni⁹ palme a fora-
mine reppererūt. Vñ funem
infra brachia corpori alligā-
tes. tandem p̄ pedes craben-

tes q̄usq; foramina attigerē
ita volentes singlos pedes
simul clavis cruci affigere.
s̄z hoc filius dei noluit. ino
pedem dextruz s̄n̄p sinistrū
cancelavit. Nec vero exten-
sio fuit tam violenta ut pel-
lis in ergasculo. ita q̄ om̄ia
mēbra de locis suis natura-
libus extirent. Quo facto
milites isti crudelissimi cru-
cem eleuare ceperunt. sed ex
certa malitia ad terrā cade-
re pmiserūt. Quant⁹ autem
cruciatus et pena Christo s̄
fuerit perp̄dat quisq;. Igi-
tur crucem de novo cū hor-
ribili clamore leuantes. cuz
maximo impetu ad forame
dimiserunt lapidis quod in
lapide fecerunt. rbi ex vehe-
menti crucis descensu om-
nia vulnera eius fuerūt in-
nouata. et tunc p̄mo sanguis
de manibus et pedib⁹ eius
copiose effluxit. quia antea
effluere non potuit p̄ gros-
siciem clavorum. Voluit
autem Jesus sic cum cruce
in aerem eleuari. vt se media-
torem inter deum et homi-
nes ostenderet. Nec erectio
crucis fm Gregorius hora
sexta facta fuit. ut correspon-
deret hore preparacionis

Sexta em hora. prothopla
sti puericati sunt dei mada/
cum in paradiſo. **D**oc preſi
guratuſ ſuit in Joseph q̄ in
carcere poſitus inter duos
eunuchos qui peccauerunt
Aphraoni. **G**en. xlvi. **Q**uo/
rum vnuſ ad mortem depu/
tatus. alter reſtitueſ vite. **rē.**
Sic xp̄us in medio duorum
latronum. **Q**uoꝝ vnuſ dam/
natus. alter ſaluatus eſt. **rē.**
Pilites autem cum cruci/
ſixiſſent eū. acceperunt veſti/
menta Iesu et diuiferunt. et
feceſſunt quattuor partes.
vniciuſ millei partem et tu/
nicam. **E**rat autem tunica
inconſutilis de ſuper cōtex/
ta et totum. **D**ixerunt autem
ad iuicē. **N**on ſcindamus
eaz. ſed ſortiamur de illa en/
ius ſit. **U**l adimpleretur qd
dictum eſt per prophetā di/
centem. **D**iuiferunt ſibi ve/
ſimenta mea. et ſug yeſtem
meam miſerunt ſore. **S**ed
obſq̄ mysterio h̄ facutum nō
eſt. **N**am ſignificabat q̄ xp̄i
ecclesia indiuisa permanere
deberet uſq; in finem ſeculi.
Sed nunq; tempe preſen/
ti ecclesia ſat diuifa eſt cum
tria capita. ſc̄ tres papas. s.

Johannē Gregorii et Cle/
mentē. **Q**d vnic̄ eſt p̄travni/
tatem ecclie. et p̄gruitatem
artis grāmatice. cum ille ter/
minus papa habere debeat
tm vnuſ ſubiectū. et ido caret
plurali numero fm grāma/
ticos. ſicut et ille termin⁹ fe/
nix. **D**icendum q̄ vnic̄ ec/
clie non conſiſtit formaliter
in capite ſubſtituto. et fidelib/
us illi capiti p̄ adhesionez
iunctis. ſed formaliter conſi/
ſtit in capite principali. puta
deo christo et ſuis fidelibus
per predestinationē diuinā
in fide formata iunctyliu/
gendiſ. **E**t hec vnic̄ fidei
